

tem, vocaverimus deque illius fide ac virtute rerumque tractandarum peritia plurimum nobis possimus polliceri, volumus ac tuae fraternitati mandamus ut, quoties ei ad te scribere aut internuncios mittere, quavis de re aut quavis de causa, contigerit, non minorem ei fidem perpetuo habeas quam si a nobismetipsis et scriptae literae et missi internuntii essent. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris, die secunda iunii M. D. LV, pontificatus nostri anno primo.

[Item:] Venerabili fratri Sebastiano episcopo Viterbiensi apud Christianissimum regem nostro et Sedis Apostolicae nuntio.

Ven^{li} fratri Zachariae episcopo Pharensi apud regem Romanorum nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

Ven^{li} fratri Philippo episcopo Salutarum apud dominum Venetorum nostro et Apostolicae Sedis nuntio.

...provinciae nostrae Romandiolae vicelegato.

...civitatis nostrae Perusiae et Umbriae vicelegato.

...in provincia nostra Patrimonii commissario generali.

...provinciae nostrae Campaniae vicelegato.

...in provincia nostra Marchiae Anconitanae vicelegato.

...Episcopo Veronensi.

Minuta in *Arm.* 44, t. 4, n. 113. Archivio segreto pontificio.

39. Concistoro del 5 giugno 1555.¹

Apud sanctum Marcum.

Romae die mercurii quinta mensis iunii² 1555 fuit consistorium in quo...

Sanctissimus dominus noster dominus Paulus divina providentia papa IV, de salute animarum sollicitus, ut persone ecclesiastice absque alicuius symonie aut ambitionis suspicione ad ecclesiarum et monasteriorum regimina promoveri et persone ipse puro corde et sincera conscientia presidere valeant, de fratrum consilio statuit et ordinavit quod de cetero futuris temporibus patriarchalibus, metropolitanis et cathedralibus ecclesiis ac monasteriis pro tempore vacantibus, de quibus consistorialiter disponi contigerit, non ad personarum promovendarum huiusmodi requisitionem, supplicationem aut instantiam, sed iis, que de iure patronatus fuerint aut ad quas seu que idonearum personarum presentatio seu nominatio ad Imperatorem, reges aut alios principes pertinerit, ad presentationem seu nominationem Imperatoris, regum seu aliorum principum, ius patronatus seu facultatem presentandi aut nominandi huiusmodi habentium, et r^{mi} cardinalis huiusmodi negotium in consistorio proponentis, allis vero ecclesiis seu monasteriis ad solius cardinalis proponentis relationem duntaxat provideri debeat.

Acta consist. cancell. VI, 243^b-244. Archivio concistoriale del Vaticano.

¹ Cfr. sopra, p. 364.

² GULIK-EUBEL, III, 37) collocano, affatto erroneamente, secondo la redazione degli *Acta consist.* in *Cod. Barb. lat.* 2873 il concistoro ai 26 maggio 1555, ciò che è impossibile già perchè in tal dì ebbe luogo l'incoronazione. Ed è sicuro che il primo concistoro non avvenne che ai 29 di maggio; v. sopra, p. 357.